

- supra nu. 136. 137., ubi nu. 139., quod esset iniquum differe exactionem ultra sex menses, propter præjudicium Successorum; Sicut laudabilis est, qui ex suo tribuit eleemosinam pauperi, damnandus vero, qui ex alieno. Sufficiet tamen si mortuo beneficiario fecisset necessarias diligentias contra illius hæredes, ut etiam post *Rotam* tenet *Garzias de benefic. p. 1. c. 5. nu. 203.*, *Verall. decis. 266. p. 1.*
- 18 Addas ex *decis. Veralli 266. p. 1.*, quod istæ diligentia intelliguntur omninò faciendæ, salua urbanitate, & honestate, ne quis nimis durus, & inhonestus exactor videatur; Undè Judex in hoc arbitrabitur, *Tondut. c. 11. nu. 5.* Hinc colligit *Lotterius dicta q. 39. nu. 113.*, & *seqq.*, quod si contingeret casus subitus, & omninò inopinatus, quod Beneficiarius debitor, ex improvise rebus everis fieret non solvendo, cum antea esset solvendo; tunc Pensionarius non damnabitur de negligentia, quia cum non esset præstitutum tempus agendi, & exigendi, *Rota coram Gregor. dicta decis. 507.*, Sequitur ex dilatione non dici negligens, quia non omittit facere, quod tenetur in termino præstituto; Undè Successor expeditus, non poterit excipere de omissione diligentiarum.
- 19 Usquemodò dicta, de necessitate diligentiarum præmittendarum, fallit primò. Si Præcessor nullos recipit fructus ex causa inculpabili, puta ex grandine, alluvione, ex Bello, tunc sicut Præcessor ad pensionem non tenebatur, nisi ad id expressè in supplicationibus Summo Pontifici porrectis se obligasset, vel in Bullis Pensionarii, ad id obligatus pronunciaretur, quia pensio imponitur fructibus Beneficii, & habito respectu ad quantitatem fructuum beneficii expressam; cessantibus ergo fructibus in totum, & pensio cessare debet, ut probat *Riccus praxi aurea, praxi pensionum resol. 382.* Ubi etiam si reservatio pensionis sit facta cum clausula, quod non possit peti remissio, etiam ob casus fortuitos, etiam cum clausula, quod teneatur ad casus inexcogitatos; quia cum pensio imposita sit super fructibus, non est verisimile, quod Papa volverit beneficiatum teneri de proprio, si nullos fructus perceperit; etiam si esset clausula, de non petendo remissionem, ex quavis causa, & oc-

casione, etiam ob casus insolitos, quia non intelligitur de casibus insolitis, qui verisimiliter prævideri non possunt, de quibus Papa non cenetur intellexisse, nec illis intelligitur renunciatum ex pluribus allegatis per *Riccium supra*, & post eum *Tondut. de pension. cap. 20. nu. 29.*, & *cap. 13. n. 10.*, ubi si nullos, tecus si exiguos, *Antonell. de temp. legal. lib. 2. cap. 46. nu. 6.*, *Milim. decis. 139. num. 1.*, & *seqq.*, & *idem Antonell. lib. 1. cap. 47. nu. 13.*, *Marescot. variar. lib. 2. cap. 18. nu. 8.*, & *seqq.*, ubi, & *Rota de decisiones.*

20 Eo ergo casu, quo Præcessor non tenebatur, neque Successor tenetur, etiam præmissis per Pensionarium necessariis diligentias contra Præcessorem, ejusque hæredes, ut bene arguit, *Tondut. d. num. 29. Vers. primus casus c. 4. n. 625. post Cosarem de Grassis decis. 123. de Præbend.*, & pro certo ponit *Pacific. de Salviano interdicto inspect.* 3. Quæ ratio probat æquitatem, in qua fundatur, *Rota in supraprimo art.*, quod non factis diligentias per Pensionarium, contra Præcessorem, Successor non teneatur, quia scilicet ipse non recepit fructus Beneficii pro tempore præcessoris.

21 Fallit secundò. Si Pensionarius justo impedimento detentus non potuit agere, ut quia carceratus, vel coactus agere in remotis, aut pro Reipublicæ servitio, ad distantia loca Missus, aut tempore pestis, vel Belli, quo vel jus non reddebatur, vel Pensionarius impediatur accedere ad Judicem; nam negligens non est, qui non potest agere ad latè probata *p. p. art. quis dicitur negligens*, & notat *Lotter. dicta cap. 39. num. 123. 124.*, & *seqq.*

22 Aliud etiam quærun in hoc casu D.D., an necesse sit, ut Pensionarius protestetur de impedimento à se non amovibili, an potius sufficiat illud justificare nulla præmissa protestatione; & licet fuerit aliquorum opinio, necessariò præmittendam esse protestationem, tamen cum hac etiam posita ad nihil inserviat, *Rota sequi ut est oppositam Sententiam, non requiri, tamquam æquioram, Verall. decis. 73. part. 2., Surd. consil. 268. nu. 44., Lotter. dicta q. 39. num. 130.*

23 Fallit tertio. Si Pensionarius fuit prius negligens, etiam in petendo plures ratas pensionum, sed postea fuit diligens, & sic ante

ante mortem Beneficiati, fecit omnes possibiles diligentias, sed non potuit consequi pensionem, tunc enim Successor tenebitur pro ratas decursis, *Verall. decis. 266. p. nu. 3.*, & *4. ad tradita per Tondut. dicto tract. de pension. c. xi. nu. 4. 5.*, & *seqq.*, post *Rotam decis. 352. num. 1.*, & *2. p. 2. recent.* Nam sicuti ultima mora nocet, ita è contra, ultima diligentia prodest, sic qui ante peccavit, postea penitentiam egit, salvatur, ubi è contra, qui prius honestè vixerat, sed postea peccavit, & impenitens obiit, damnatur.

24 Ratio autem, quare in his casibus Successor tenetur, etiam pro præteritis, est, quia Præcessor qui consentit pensionibus, suo consensu obligavit se, & Successores, quia obligavit se quousque vivet Pensionarius, qui potest vivere, etiam tempore Successorum in Beneficio; Successor autem acceptando Beneficium gravatum, consentit in solutione pensionis, eodem modo, quo Præcessor, & sic pro decursis in futurum, & pro decursis in præteritum, casu quo præcessor non solverit, ac remota omni culpa, & dolo Pensionarii, undè resultat quasi contractus, tam ex consensu Præcessoris, quam Successoris, qui acceptando Beneficium pensione gravatum, sic consentit, ut eius consensus retrotrahatur ad tempus impositæ pensionis, & ad ratas, ut supra decursas, prout ratiocinatur, *Lotter. dicta q. 39. nu. 101.*, & *seqq.*, ubi ostendit qualiter Successor obligetur obligatione camerali in consensu Præcessoris opposita, ubi, & *num. 107.*, quomodo actio, non solum realis, sed etiam personalis ex tali consensu transeat in Successorem.

25 Ex parte verò Pensionariæ, nempe Beneficiati solvere debentis pensiones, an eius negligentia operetur aliquos effectus, in pluribus casibus potest inquiri. Primò si provisus de Beneficio negligat accipere pensionem beneficii, an teneatur ad pensionem pro rata, quæ decurrit de tempore, quo non possedit ex sua negligentia; Et ratio dubitandi est, quia pensio solvenda est ex fructibus Beneficii (ut supra ostensum est) qui autem nondum accepit pensionem, nec fructus recipit; Undè videretur dicendum non teneri; Verum, hoc habere locum dixit, *Rota coram Seraphino*

decis. 66., quando provisus de Beneficio adhibuit omnem diligentiam, ut consequeretur possessionem Beneficii, quia tunc per eum non stat, *Rota decis. 699. p. p. divers.*

26 Itaque si intrusus in Beneficio, vel Capitulum, de facto, vel de jure resistat, ne provisus capiat possessionem, tunc quia non ex negligentia, sed facto alieno non capit possessionem, neque ad pensionem tenetur, *Seraphin. decis. 1351.*, *Tondut. de Pens. cap. 20. num. 30. 31.*, & *latius c. 13.*, ubi quod inventa sit clausula, quod Beneficiarius teneatur solvere pensionem (*habita, vel non habita pensione*) ad occurrendum fraudibus, quia si ex mora, incuria, & negligentia non capiat possessionem, sibi debet imputare, si fructus non recepit; dolo n., aut fraus nemini debet patrocinari, *l. nec ex dolo ff. de dolo, c. Audivimus de collus. detegendis*, neque dolo, & fraus unius debet alteri nocere, *l. eleganter ff. de dolo*; Idèque tenetur pensionem solvere; At si per eum non stetit, sed usus est possibili diligentia, pro consequenda possessione, docto de diligentias factis, non condemnatur, nec clausula supra descripta quidquam relevat, quia cum sit apposita ad occurrendum dolo, & fraudibus, probatis diligentias, cessat præsumptio fraudis, ut dicitur per *Rotam*, & *Doctores supra allegatos, Lotter. d. c. 39. nu. 50.*, *Antonell. de temp. legali lib. 2. c. 46. num. 4.*

27 Secundus casus, si Beneficiarius fuit negligens in solvendis pensionibus, itaut evadat debitor unius, vel plurium annorum, & Pensionarius iterum moriatur, an hæc negligentia in aliquo, ipsi Beneficiario prodesse possit, & certa regula est, quod ei prodesse non potest; quia, pensiones decursæ debentur hæredibus Pensionarii defuncti, ubi Constitutiones Pontificiæ de Spoliis non habent locum, ad tradita per *Theaur. decis. 143.*, *Barbosa de divisione fructuum p. 2. c. 8. nu. 18.*, & *25.* attento jure communi, nec potest obstare, quod pensio non transeat ad hæredes, ad tradita per *Paris de resignat. lib. 6. q. 4. num. 62.*, *Vivian. de Jure Patron., Tondut. de pension. c. 35. num. 14.*, nam idem *Tondut. nu. 23.* respondit id verum, quo ad Jus pensionis, in futurum exigendæ, non verò quo ad commodum fructuum, seu pensionum maturatarum, durante vita Pensionarii,

Gigas de Pensionibus q. 52. per totum, ubi ostendit, non ad beneficiatum spectare, sed ad hæredes Pensionarii, quia pensio assignatur pro alimentis; qui verò habet alimenta sibi assignata, & legata, decedens transmittit ad hæredes Jus exigendi alimenta præterita, & non exacta. *l. uti fuit §. fin. ff. usufructus*. Vel debentur Camaræ Apostolicæ titulo spoli, ex *Constit. 7. Julii III.* Et ita in terminis de Pensionibus inexactis est *Constitutio 42. §. 6. Beati Pii V.* quia in materia spoliiorum pensio æquiparatur Beneficio, *Garzias de Benef. p. p. c. 5. num. 161.*, *Barbat. supra num. 26.*

28 Si Pensionarius negligat exigere Pensio-

nem, an amittat possessionem, vel quasi exigendi eandem, & *Rota coram Burato decis. 347. num. 10.*, & *II. resolvit*, neq; amissam per cursum 30. annorum, eo quia cum alius non sit ingressus in possessionem, prout in incorporalibus, non potest ingredi, neque fuerit petenti denegata pensio; idè semper præsumitur animo civilem, quasi possessionem, retinuisse, ad quod *eod. num. 11.* plures aliæ Decisiones allegantur, *Antonell. de tempore legali lib. 2. c. 6. nu. 75.* *Rota coram Pirovano in Albanen. Confinium 22. Junii 1620. impressa post tract. Postii de manutenen.*, & *idem Postii de manuten. observat. 10. num. 100.*

De Negligentia Principis.

S U M M A R I A.

- 1 Constituitur Princeps, ut populum sibi subditum tueatur, & si deficiat negligentia culpatur, & Jure naturali ligatur suis contractibus.
- 2 Jus Regis in primo lib. Reg. cap. 8., qualiter intelligendum, & num. 3.
- 4 Princeps negligens est, si non defendat Ecclesias, Pupillos, & Viduas ab oppressionibus, & spoliationibus.
- 5 Tenetur defendere pauperes à præpotentia divotum.
- 6 Non potest uni gratiam facere, in præjudicium alterius.
- 7 Princeps Ecclesiasticus, ut Papa, vel legatus de latere in commissione absolutionis ab excommunicatione debet semper apponere clausulam (satisfacta parte)
- 8 Absolvens non satisfacta parte, an validè? plures Theologi probabile putant validè, sed illicitè.
- 9 Negligens sustinere Jura Regni, culpatur.
- 10 Negligens procurare quietem, & tranquillitatem subditorum, deficit in munere suo.
- 11 Tenetur diligenter curare, ne per ministros fiant extorsiones, ac eligere ministros timentes Deum, ac justitiæ amantes.
- 12 Negligens reddere Jus, & Justitiam facere, peccat.
- 13 Negligens restituere aliena iniuste detenta peccat, nec potest absolvi nisi facta restitutione.
- 14 Potissimum debet curare, ne se ipsum negligat.
- 15 Non negligat gratiam Dei, quæ constitutus

- est in Principatu, & ne adulationibus elatus, in Judicium incidat diaboli.
- 16 Non negligat prudentum, & seniorum consilia, si vult feliciter regnare.
- 17 Principi negligenti, quando sit dandus coadiutor.
- 18 Potest, & tenetur Princeps impedire matrimonium, ne nobilis Vir conturbat cum notabiliter indigna meretrice.
- 19 Mulier quæ dicatur indigna ad effectum, ut matrimonium impediat Princeps, aut Judex.
- 20 Meretrices tolerantur in republicis, non tamen debent tolerari, ut Juvenes incautos decipiant.
- 21 Quæ mala, expressit antiquitas in figura Amoris pueri, nudi, alati, deferentis facem, arcum, & sagittas.
- 22 Prudentia hominis non sufficit ad præcavendum contra deceptiones, & blanditias mulierum.
- 23 Digna foret prælatorum diligentia, si præciperent Parochis, ne assisterent matrimonio cum meretricibus, nisi de speciali sui licentia.
- 24 Scandala, prudenter timenda sunt justa causa impediendi matrimonia, & num. 33.
- 25 Etiam si sponsalia essent Juramento firmata.
- 26 Filius potest cogi ad id, quod jure naturali, & charitate tenetur erga parentes, nec læditur libertas, num. 27.
- 28 Ex quo Jus cesareum irritat contractus minorum, & mulierum, sine solemnitatibus factos

- factos, non lædit libertatem naturalem.
- 29 Princeps impediens contrahere matrimonium, ex juxta causa, non facit contra concilium.
- 30 Magna contrahentium disparitas, timere facit subsequitur discordias.
- 31 Princeps, & Judex, ex officio tenetur curare, ut evitentur mala, & scandala subditorum.
- 32 Virtus Justitiæ nequit obligare ad actus, qui sine peccato fieri nequeunt.
- 34 Parentes possunt Principis auxilium implorare, ut impediatur matrimonia indigna filiorum, ad repellendas injurias, num. 35.
- 36 Plures rationes afferuntur, propter quas impediendum sit matrimonium indignum. Contrahens alligatur perpetuæ servituti.

- 37 Sacre scripturæ exempla, de prohibito matrimonio cum certis personis.
- 38 Enumerantur plura incommoda, tam inter contrahentes, quam inter eorum conjunctos, subsequutura, & num. 39.
- 40 Scrupulo caret, quod Ordinarius denegat, in hoc casu contrahendi, licentiam, non præmissis denuntiationibus.
- 41 Antiquitas in figmentis poeticis figuravit in Circe maga transformante homines in bestias, effectum insani amoris ad sceminam, ut omnino dementet hominem, & quasi ad paritatem bestiarum reddat, Usu rationis expertem.

A R T I C U L U S XXXIV.

De Negligentia Principum.

IN Principe sicuti multiplex est obligatio erga Populos sibi subiectos, ita multiplex esse potest negligentia, dum in iis, ad quæ tenetur, omissione deficiat; Princeps enim non sibi, sed Populo tuendo constitutus est, ita ut, si in propriam dirigat utilitatem, & commodum, quæ Populo debentur subdito, in Tyrannidem flectat, ut ex *Ezechiele deducit Opusc. de regimine Principum cap. 1.*, quod *D. Thomæ* adscribitur, Deus enim per *Ezechielem* detestatur Pastores, qui non gregem, sed semetipsos pascunt; Certum quoque est apud omnes, tum Juristas, tum Theologos, quod licet supremus Princeps non ligetur suis legibus, vi coæctiva, sed tantum directiva, & quadam naturali æquitate, & honestate, ut etiam ipse Imperator indicavit, in *l. digna vox C. de legibus, & constit.*, ubi innumeri *D. D.* allegati à *Barbosa*, & *D. Thom. 1. 2. q. 96. art. 5. ad 3.*, ligatur tamen suis contractibus Jure naturali, Divino, initis, sive cum singularibus sibi subditis, sive cum tota universitate, ut ostendit *Azor tom. 1. lib. 5. c. xi. Vers. in hac itaque controuersia.*

7 Nec juvari potest Princeps ex iis, quæ habentur p. *Regum c. 8.*, ubi Deus præcepit *Samueli*, ut populo contestaretur, & prædiceret Jus Regis, nempe (filios ve-

stros tollet, & ponet in carribus suis, facietque sibi equites, & præcursores quadrigarum suarum, constituet sibi Tribunos, & Centuriones, & aratores agrorum suorum, & messores segetum, & fabros armorum, & currum suorum, filias quoque vestras faciet sibi unguentarias, & focarias, & panificas; Agros quoque vestros, & Vineas, & Oliveta optima tollet, & dabit servis suis, sed, & segetes vestras, & vinearum redditus ad decimabit, ut det Eunuchis, & famulis suis, servos autem vestros, & ancillas, & Juvenes optimos, & Asinos auferet, & ponet in opere suo; greges quoque vestros ad decimabit, vosque eritis ei servi) ex quibus videtur licere Principi, ea omnia in suam invertere utilitatem, & cum sit Jus Regis, non culpari posse, si quærum subditi indigent, negligat.

3 Verùm ex eodem contextu, quale sit hoc Jus regis, benè dignoscitur, dum non absolute Jus Regis dixerit Deus, sed Regis, qui Regnaturus est super vos, nempe Hebræos, qui Deum, eos regentem abiecerunt, ne super eos regnaret, & Regem hominem petierunt, in quo eos Deus in poenam audivit, deditque Regem, qui non subditorum curaret bonum, sed cuncta prænarrata sibi arripiens, flecteret in tyrannidem; Certi autem Juris est, quod habetur in *l. id quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest de reg. Jur.*,